Fragmentarium

...anis. de tribu ruben bosor in solitu
dine cum suburbanis suis. et iasa cum
suburbanis suis. Cedemoth quoque et
suburbana eius. et mephath cum sub
urbanis suis. necnon et de tribu gath
ramoth in galaath. et suburbana eius
manaim cum suburbanis suis. sed et
hesbon cum suburbanis suis. et iezer
cum suburbanis suis. ¶ Porro filii isa
char. thola. et fua. iasub. et samaron.
.iiii. filii thola. ozi. et raphaia. et hieri
el. et iemai. et iepsem. et samuhel.
principes per domos cognationum
suarum. De stirpe thola uiri fortissi
mi numerati sunt in diebus dauid
.xxii. milia sexcenti. Filii ozi. et izraia
de quo nati sunt michahel. et obadi
a. et iohel. et isai. quinque omnes prin
cipes. Cumque eis per familias et populos
suos accincti ad prelium uiri fortissi
mi. xxxvi. milia. Multas enim ha
buere uxores et filios. fratresque eorum
per omnem cognationem isachar.
robustissimi ad pugnandum. octogin
ta sex milia numerati sunt. Benia
min bale. et bochor. et adihel tres fi
lii bale. esbon. et ozi. et ozihel. et
ierimoth. et uraia. quinque principes
familiarum ad pugnandum robus
tissimi. Numerus autem eorum .xxii.
milia. et .xxx. iiii. Porro filii bochor
zamira. et ioas. et eliezer. et elioenai.
et amri. et ierimoth. et abia. et ana
thot. et almathan. Omnes hi filii bochor
Numerati sunt autem per familias
suas principes cognationum ad bel
la fortissimi .xx. milia et ducenti.
Porro filii iediel balan. filii autem ba
lan. hieus. et beniamin. et aoth.
et canana. et iothan. et tharsis.

et ahisaar. Omnes hi filii adihel prin
cipes cognationum suarum. uiri for
tissimi decem et septem milia. et
ducenti ad prelium procedentes. Se
pham quoque et apham filii hir. et asim
et filii aser. filii autem neptalim iasihel.
et guni et asar. et sellum filii balaa.
Porro filius manasse esrihel. Concubi
naque eius sira peperit machir patrem
galaad. Machir autem accepit uxores
filiis suis. heppron. et sepham. et ha
buit sororem nomine maacha. Nomen
autem secundi salphaad. nateque sunt
salphaad filie. et peperit maacha ~~uxor~~
uxor machir filium. uocauitque nomen
eius phares. Porro nomen fratris eius
sares. et filii eius. ulam et recem. filius
autem ulam. badam. hi sunt filii
galaad. filii machir. filii manasse.
Soror autem eius regina peperit uirum
decorum. abiezer. et moola. Erant autem
filii semida. ahin. et sichem. et leci
et aniam. filii autem ephraim. suntalem
thala. bareth filius eius. thaat filius
eius. elada filius eius. thaat filius
eius. et huius filius zadab. et huius
filius suthala. et huius filius ezer.
et elad. Occiderunt autem eos uiri
geth indigene. quia descenderant ut
inuaderent possessiones eorum. Luxit
igitur ephraim. pater eorum multis diebus
et uenerunt fratres eius ut consola
rentur eum. Ingressusque est ad uxo
rem suam. que concepit et peperit
filium. et uocauit nomen eius beria
eo quod in malis domus eius ortus
est. Filia autem eius fuit sara. que
edificauit bethoron. inferiorem et
superiorem. et ozensara. Porro filii
eius rapha. et reseph. et thale. De

quo

67

22

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/99, Fol. [1]v – Bible
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-cczf/6737/56584)